In nomine Domini ego Bonusfilius presbiter. per hanc donationis mee scripturam. dono Sancto Salvatori atque Sancto Danieli. cuius cenobium situm est prope muros civitatis Gerunde. ipsas meas mansiones ab integrum. cum universo supposito. et solo. et cooperto. et cum in-
gressibus et egressibus. et omnia que ibi abeo et teneo. cum universis ad se pertinentibus. ad proprium. cum consensu et licentia Mahellis comitisse. meum alodio sunt. Que mihi advenit per comparatione. et per hedificatione. et per alias plurimas voces et
auctoritates. Que sunt iuxta muros Gerundensis urbis. subtus ipsa sedis cannonica. Que habet affrontatione ab oriente. in ipsa et in ipsa via. et in domibus Sancte Marie sedis. De meridie. in ipsa comitali. et in platea civitatis. Ab occiduo. in calle que pergit
ubique. A parte circi. in ipsa et in domibus Sancte Marie. et in calle que pergit ubique. Omnes domos. et omne hedificatione. cum omnibus ad se pertinentibus. quas intra iamdictos terminos et affrontationes habeo et teneo. et omne directum. et omnes voces. cum ingressibus
et regressibus suis. dono ego prescriptus Bonusfilius presbiter. per hanc donationis mee scripturam. Sancto Salvatori atque Sancto Danieli prescripto. ad proprium. cum consensu et licentia prefate comitisse. et magnatum atque baiulorum infra scriptorum. et per presentem scrip-
turam. domne vestre. in prefati cenobii abbatisse. ceterarumque ibi Deo famulantium. dicioni et potestati trado. ad quodcumque voluerit faciendum. Quod si ego donator. aut ullus alius homo utriusque sexus ut ordinis contra hanc donationis scripturam venero ut venerit. non va-
leat. ut valeat perficere quod ceperit. sed componam aut componat prefati cenobii habitatoribus iamdicta omnia in triplo. cum omni sua melioratione. et deinde firma maneat hec donationis scriptura. Que est acta. XIII. kalendas aprilis. anno. XX. V. regni Phi-
lippi regis. + Bonusfilius presbiter. qui hanc scripturam donationis fieri iussi. firmavi. et firmari rogavi. Sig+num Mahellis comitisse. cum cuius consensu et licentia hec facta sunt. et que per hanc scripturam dona-
tionis. donat Sancto Salvatori atque Sancto Danieli prescripto. quicquid in prefatis domibus. et ad se pertinentibus. comitalis potestas habebat. scilicet denarios. IIII. et cetera. et in potestate iamdicte abbatisse tradit. ad proprium alodium et fructum. eorundem sanctorum.

MAHEL COMITISSA + GUILLELM MUR VICARIUS. Sig+num Bernardi Guillelmi. Sig+num Deusdedit Bernardi.

Johannes levita qui hanc donationis scripturam rogatus scripsi cum literis suppositis Sig+num Petri Barchinonie. S+ DEUSDEDIT Sig+num Berengarii Barchinonensium atque Gerundensium comitis.

Sig+num Olivarii

die annoque prefixo.

n.º 13

17 - 3 - 1085

Gerona.

Donacio de unas casas sitas cerca las murallas y cerca la Seu de Gerona feto per Bonfill Vore, de consentiment de Mahellis comptessa á favor de S. Salvador, y S. Daniel, esto es de llur monastir. Al cual cedí també la dita Srâ comptessa la directa señoría que tenia sobre las indicadas casas. A 17 Abril 1085.

març

T 205 x 495

(12)

Dono bonefilii ...

Donatio de una casa prop la Seu de Gerona ... temps p. lo Comte de Geroneda al monestir de Sant Daniel

Cosa molt antiga

N 13 ...